



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

Opus propitiatorium & opus Eucharisticum quomodo discernuntur. tit. 159

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

cibo Holofernis, sed nunquid illi Deus prohibuit
Minime, alioqui non amputasset caput Holoferni,
Judith 13.

Sic filij Rechab non biberunt vinum, nec adhuc
uerunt domum, neq; agros aut vineam. At nunquid
haec præcepit Deus? aut male egerunt? Absit, immo
propheta Ieremias arguit Iudæorum negligientiam
per horum obedientiam, Ierem. 35. Sic David ordina-
uit absq; præcepto Dei cultum cum cantoribus, 1 Pe-
teral. 25. Sic Ezechias ordinavit varia genera Musica,
2. Paralip. 29. Surgit media nocte, Psalm. 118. Sed om-
nia haec nūm præcepit illi Deus aut lex Moysæ sic
vidua in templo vacat ieuniis & orationibus die &
nocte, sed quis illi præcepit? nunquid non sicut bona
opus? Cur ergo datur illi & reuelatur, quod puer
sit Christus? Sunt ergo & alia multa bona open-
cet non expressa, &c.

Tertiò, Dei præcepta quandò sunt per ordinatio-
nem humanam, vel cæremonijs, ad decorum & ma-
iestatem præcepti ut ieunium, orandi & ferianditæ
pus fit certis diebus, ibi non est pura traditio huma-
na. Ideò si quis rejicit cæremoniam, etiam ipsius
pus, ordinis causa institutum rejicit. Sic si rejicit mo-
nachatum, etiam obedientiam & castitatem, & pa-
pertatem rejicis, quæ opera & Christus seruauit al-
laudem patris sui, & scriptura hæc omnia commen-
dat. Inuidia ergo hæretica omnia condemnat.

OPUS PROPITIATORIUM
& opus Eucharisticum quomodo
discernuntur.

TITVLVS CLIX.



Otandum primò, quod solum est tri-
cum opus propitiatorium, id est, pla-
cans irā Dei, & saluans, impetrans gra-
tiam Dei, scilicet, mors & victimam Cris-
ti, Eli-

Esaiæ 53. & 1. Petri 2. Hoc tollit solūm peccata to-
us mundi, & nostra est propitiatio, Ioan. 1. & 1. Ioan-
nisi secundo, Hoc vnicum satisfecit pro peccatis to-
us mundi, & infernum (id est, pœnam æternam)
fugit, ac remissionem & salutem omnibus credenti-
bus meruit.

Secundò, hoc vnicum Christi opus nobis distri-
buitur per media, id est, fidem & virtutē Spiritussan-
cti, Gala. 5. per Sacra menta, per opera bona: per hæc
media appræhendimus efficaciam istius operis pro-
pitiatiorij, & retinemus. Hoc opus solum ex toto &
omni parte perfectum est, & nullum habet defectum,
sic iuxta plenam Dei voluntatem consummatum
est, sicut dixit Ioan. 19. Consummatum est, id est, tua
voluntas est consummata. Hoc opus sic copiosum
est gratia, quod non potest euacuari: sic per-
fectum, ut nihil illi desit. Hoc de nullo alio opere, cu-
muscunque etiam sancti angeli, dici potest. De illo er-
go poterit accipere omnes gratiam (scilicet salutis)
pro gratia, id est, concessa fide & obedientia legis.
Hoc opus propter nos peccatores factum est.

Tertio, alia sunt opera Eucharistica, id est, laudis
et gratiarum actionis, sacrificia, quæ nos Deo offer-
imus, & ex fide pro accepto beneficio facimus ad lau-
dem & gratiarum actionem Deo, non ad prometen-
dam vitam æternam, quam iam fide propter Christum
apprehendimus, & fide & dilectione tenemus. Phil.
1. Repleti fructu iustitiae per Iesum Christum in glo-
riam & laudem Dei, Matt. 5. Luceat lux vestra coram
omnibus, vt videant opera vestra bona, & glorifi-
cent, id est, laudent patrem vestrum, &c.

Quarto, hoc retento, id est, ne tribuamus operi-
bus, ceremonijs, cultibus causam iustificationis &
salutis, sed eam solam transferimus in victimā Chri-
sti: tunc hoc opus vnicum propitiatorium Christi
cum potest pati omnes leges, ordinationes ciuiles,

B B b 2 statuta

statuta & præcepta. Nā fides solum respicit in vitam Christi, & in alium finem, fides facit operis est, ad laudem Dei, ad obediendum Deo, ad gratias agendum. Et sic fides primò apprehendit iustitiam à victimā Christi. Deinde operatur dilectionis opera, in finem laudis & obedientiæ Dei.

Quintò, opera sic in eum finem facta, id est laudis, non sunt frustra, sed Deus per illa, vna cum fide, distribuit nobis remissionem & vitam tanquam per media. Non merentur hoc media sua dignitate, neque merita sunt, sed vnicum Christi meritum propitiatorum ex misericordia sic nobis distributum & appropriatur.

Sexto, quoniā nō omnes ex æquo hæc media amplectimur & habemus, & diligentior est unus altero in fide, obedientia & timore Dei, in observatione Decalogi, &c. ideo etiam sit diuersa distributio. I. Cor. 3. Vnusquisque propriam mercedem accipit, &c. & I. Corint. 15. Sicut differt stella à stella: & lo. 14. in domo patris mei multæ sunt mansiones &c. Sed hoc totū est misericordia Dei nō dignitas operū.

*OPERIBUS PROPRIIS NON
velles saluari, sed solum Christi operibus,
sane intelligendum est.*

TITVLVS CLX.



RIMÒ, plurimum discernere opotest inter opera Christi, quæ ipse fecit pro nobis, & inter fructus spiritus sancti, quos in nobis & per nos operari, Gal 5, quæ dicuntur largè opera nostra. Opera Christi credimus, quod nostra meruerunt sicut Rom 4. Mortuus est, natus est, resurrexit propter nostram iustificationē. Sic ipse vicit peccatum, mortem Sathanam, & sedet ad dextram patris, & regnat in nobis. Datus est nobis, ut sit iustitia, iugititia